

na, & qua non optima, acus tamen aliquo modo, & corrigi possunt. de Orat.

In omni disciplina, infirma est artis praeceptio sine summa assiduitate exercitationis. 3. ad Herennium.

Nulla ars literis sine interprete. & sine aliqua exercitatione percipi potest. Cicero. Trebatius, Famil. epist. 7.

Studia nihil profunt perueniendi aliquo, nisi illud, quod eo, quo intendas, ferat, deducatq; cogitatio. 1. de Orat.

Nihil statim absolutum. 11

N I H I L est simul & inuentum & perfectum. de Clar. Orat.

Nihil est in natura rerum alium quod se conuersum profundat, & quod totum repente euolet. sic oia quae fiunt, quaeq; aguntur acerrime, leuitorib; principijs natura ipsa precepsit. 2. de Orat.

Omnium rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus & sa augentur. 5. de Finib.

Nihil in simplici genere omni ex parte perfectum, atq; beatum natura expoluit, tanquam ceteris non sit habitura quod largiatur, si vna omnia concesserit. 1. de inuent.

Nihil refert, quam citò, si fat bene. 12

E T si otile est, subito saepe dicere, tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum paratus atque accuratus dicere. 1. de Ora.

Non potest in eo esse succus diuturnus, quod